



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 3. Ejusdem Episcopi literæ ad Cardinalem Bonzium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

§. III.

Ejusdem Episcopi literæ ad Cardinalem Bonzium.

Pariter Alestensis Episcopus Petri de Bonzy Cardinalis & Narbonensis Archiepiscopi patrocinium implorabat, datisque ad eum die octava Julii literis gravissime querebatur, quod novi hujus edicti occasione, Ecclesiastica immunitas pessumdaretur, ejusque Ecclesiæ, quæ tamen a longissimo tempore memoriam hominum excedente fuerunt semper exemptæ, nunc gravissimo premerentur onere: Erat autem hujus epistolæ tenor sequens.

„Bini eventus, qui paucos ante
 „dies Alestensem Ecclesiam turbavere,
 „impulerunt me, ut ad comitia generalia
 „Parisiis congregata literas darem,
 „measque illic querelas deponerem.
 „Unus est Tolosani cujusdam clericus (*),
 „qui titulo Regaliæ unam ex Ecclesiæ nostræ
 „cathedralis dignitatibus obtinuit, ejusque
 „beneficii possessionem cepit. Alter vero
 „Carcassonensis Clerici, cujus provisionem
 „æque titulo Regaliæ obtentam Vicarius
 „generalis Mirapicensis ratam habuit,

A 5

(*) Stephani la Gorée.

Sæc. XVII. „buit, quam tamen constabat, & a
A. C. 1675. „me rejectam fuisse, & a D. Dumas Vi-
 „cario generali Eminentiae Vestrae. Quia
 „vero utrumque hoc factum ad publi-
 „cam quietem ac utilitatem spectat,
 „& praesertim Narbonensem Ecclesiam
 „tangit, cui praest Eminentia Vestra,
 „credidi, mearum esse partium, eam
 „omnium, quæ occurrunt, reddere cer-
 „tiorum. Et quidem nunquam oppor-
 „tunior se obtulit occasio, quam quæ
 „modo affulget; cum nemini dubium
 „sit, Episcopis, qui ad Comititia generalia
 „convenere, non modo justissimos ti-
 „tulos, verum etiam Authoritatem sup-
 „petere, efficaciter, magnoque cum
 „fructu in hac causa laborandi; quod
 „si modo facere omittant, verendum
 „est, ne malum irreparabile evadat,
 „ac remedii expers. Id ipsum DD. Epi-
 „scopis de Montpelhier & de Beziers
 „hujus provinciae deputatis per literas
 „insinuandum duxi, a quibus plura,
 „quæ ad hujus causæ statum ac ne-
 „cessitatem pertinent, Eminentia Vestra
 „intelliget. Cui ego a Deo gratiam,
 „lumenque exposco, ea omnia intelli-
 „gendi, peragendique, quæ ad majo-
 „rem ejus gloriam ac Ecclesiae suæ uti-
 „litatem conducere poterunt, ac pari
 „reverentiae & sinceri amoris sensu in
 „æternum persevero.

§. IV.